Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



exultabunt labia mea cum cã
tauero tibi: et anima mea quã redē
misti. Sed et lingua mea meditabi
tur iustitiam tuam: cũ confusi et re
uerti fuerint q̃ querunt mala mihi.
Deus iudicium tuũ regi da: et
iustitiam tuam filio regis.
Iudicare populum tuũ in iustitia: et
pauperes tuos in iudicio. Suscipiãt
montes pacem populo: et colles iusti
tiam. Iudicabit pauperes populi. et
saluos faciet filios pauperum: et hu
miliabit calumpniatorem. Et
permanebit cũ sole et ante lunam: in
generatione et generationem. Descen
det sicut pluuia in uellus: et sicut stil
licidia stillantia super terram. Orietur
in diebus eius iustitia et habundantia
pacis: donec auferatur luna. Et
dominabitur a mari usque ad mare: et a
flumine usque ad terminos orbis terra
Coram illo procident etiopes: et
inimici eius terram lingent. Reges
tharsis et insule munera offerent: re
ges arabum et saba dona adducãt.
Et adorabunt eum omnes reges:
omnes gentes seruient ei. Quia li
berauit pauperem a potente: et pau
perem cui non erat adiutor. Par
cet pauperi et inopi: et animas pauperũ
saluas faciet. Ex usuris et iniq
tate redimet animas eorum: et hono
rabile nomen eorum coram illo. Et vi
uet et dabitur ei de auro arabie: et ado
rabunt de ipso semper tota die benedi
cent ei. Erit firmamentũ in terra in
summis montium: super extollentur si
cut libanum fructus eius et florebunt de
ciuitate sicut fenum terre. Sit no
men eius benedictum in secula: ante solem p
manet nomen eius. Et benedicẽ
tur in ipso omnes tribus terre: omnes gentes
magnificabunt eum. Benedict
dominus deus israel: qui facit mirabilia mã
na solus. Et benedictum nomen ma
iestatis eius in eternum: et replebit ma
iestate eius omnis terra fiat fiat. amen.
Esto in deo in dominum protectorem. A. Liberasti animam. Lxxxij
Quam bonus israel deus: his qui
recto sunt corde. Mei autem pene
mo sunt pedes: pene effusi sunt gres
sus mei. Quia zelaui super iniquos:
pacem peccatorum uidens. Quia non est
respectus morti eorum: et firmamentum in
plaga eorum. In labore hominum non
sunt: et cum hominibus non flagella
buntur. Ideo tenuit eos superbia:
operti sunt iniquitate et impietate
sua. Prodiit quasi de adipe iniquitas
eorum: transierunt in affectum cordis.
Cogitauerunt et locuti sunt nequam:
iniquitatem in excelso locuti sunt. Po
suerunt in celum os suum: et lingua eorum
transiuit in terram. Ideo conuertetur
populus meus hic: et dies plenos inuenẽt
in eis. Et dixerunt quomodo sciet deus: et
si est scientia in excelso. Ecce ipsi pec
catores et habundantes in seculo: obtinuerunt
diuicias. Et dixi ergo sine causa
iustificauit cor meum: et lauabo inter in
nocentes manus meas. Et fui
flagellatus tota die: et castigatio mea
in matutinis. Si dicebam narrabo
sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobauim.
Existimabam ut cognoscerem
hoc labor est ante me. Donec intrem in sanctuarium dei: et intelligam
in nouissimis eorum. Verumptamen propter
dolos posuisti eis: deiecisti eos dum
allleuarentur. Quomodo facti sunt
in desolationem subito deficiunt:
perierunt propter iniquitatem suam.